



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Oct. Vestrius Iacobo Pellabo, S. P. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

9

OCT. VESTRIVS IACOBO
PELLAEO, S. P. D.



MORIS fuit apud veteres, mi Pelleæ, ut qui iudicio vellet aduersus quemquã experiri certam actionis formulam, qua ageret sibi à Pontificum collegio impetrare: eamq; adeò obseruare teneret, ut si contingeret eum cadere à syllaba, à causâ quoque cadere intelligeretur. Hæc posteris intolerabilis seuitia visa est, ideoque sublata formularum impetratione in laxiores iueramus habendas, in tot nouis iudiciorum legibus litigatores & iudices ad iustitiam ipsam in compedibus ex integro posuissimus: ut iam difficile sit iudicio quemquam hodiè experiri, quin ex tot laqueis unum aliquem incurrat, pedesque ac totam plerunque causam implicet atque inuoluat. Præbetque interim hæc occasiones tantam cauilli ansam, ut nihil aliud hæc fuisse videatur, quam currenti equo (quod dici solet) calcari addidisse. Nulla enim est hodiè maior defensio rerum, quam ut veluti aucupes actores ipsos, modò ea, quam nullitatis, modò alia, quam attentatorum causas vocant, assidue veluti quibusdam retibus captare & fallere studeant præsertim apud Romanæ Aule iudices, qui adeo timor. & sunt conscientie & religionis, ut plerunque etiam, tametsi maximè de calumnia liqueat, vereantur tamen, ne si tergiversationis & frustrationis causa excipientem reum minus equis auribus auscultarint, Deum & iustitiam, atque adeò suam ipsorum religionem deserere ac prodere videantur, inualuitq; adeò communis hæc reorum & iudicum corruptela, ut ubique apud iudices, aut nullitatem, aut attentatorum duntaxat simplegadas audiamus: hinc ex litibus lites, hinc tanta actorum congeries, hinc scribarum diuinationes, & diuitie male parte; hinc noua hæc nostra dicendarum, vel potius ducendarum causarum ars inuidiam obnoxia. Nam cum apud veteres oratoris duntaxat ope

ra, qui causam suam apud iudices ageret, litigatores vteren-
 tur, nunc apud nos in hac iudiciorum specie, duce potius,
 quam oratore indigent, sed etsi hæc facilis est ars, in qua
 plerique etiam nulla literarum eruditione floruerunt, &
 florent, ea tamen apud nos Romanos usque adeo tetrica at-
 que iniuria videtur esse, ut tyrones omnes hætenus quidem
 quasi per varia viarum pericula deuij & errantes, amnem
 (ut Plautus inquit) ad mare ducem sequuti fuerint. Fuit-
 que tanta seniorum asperitas atque inhumanitas, ut metho-
 dum huiusce artis non solum nunquam ediderint, verum pla-
 nie tanquam thesauris absconderint, atque ab iuniorum usu
 remotum esse voluerint. Quo quidem factum est, ut cum
 proximo anno Romæ assidue mecum esses, verecundè à me,
 ut solis omnia, non semel tantum sed pluries efflagitasti, ut
 ego; qui Romæ aliquot iam annos in foro nemine Romanæ
 praxis (ut iam dixerim) πρᾶξι & ὁρᾷ duce versatus essem,
 viam à me exploratam, qua tu quoque contenderes, quanto
 maiore possem compendio tibi monstrarem, quò illam quasi
 recta facilius ingredi atque incedere certior posses, aliquod
 vero interim huiusce artis specimen & significationem ag-
 nosceres. Quamobrem diu mecum contendì, utrum diffici-
 lius, ac maius esse videretur, negare ne tibi sapius hoc rogan-
 ti, cui maiora debeo, an efficere quod rogares. Et quidem
 negare ei, quem vnicè diligerem, præsertim iusta petenti,
 durum admodum videbatur, suscipere verò tantam rem,
 quam nemo hætenus aggredi arsus esset, non nisi temere
 posse videbar, mihi præsertim, qui non ex professo sed obi-
 ter ac quasi aliud agens huic rei operam dederim: cum ta-
 men nouissem te non sine magna causa precibus hoc à me
 tantoperè contendisse, futurumque, ut quicquid esset siue, id
 laudem, siue culpam mereretur, nostrum omnino id totum
 foret, neque unquam è manibus exiret tuis, non potui tibi
 sepius roganti diutius hoc debere, veritusque nedum Ro-
 mæ tecum sum, ubi quàm fin occupatus, tu optimus es te-
 stis, nunc-

18
stis, nunquam tantū otij nanciscerer, ut possem es hoc alic-
num veluti repromissum dissolvere, ubi primū abs te in
patria proficiens digressus sum, cum hisce æstivis feriis o-
ciosus essem, neque opera mea aut Respu. aut amici uteren-
tur, manum huic tabule admoni, cumque libros haberem
paucos, memoria in ipsa profectione repetita, pleraque om-
nia conscripsi, tibi que ex itinere statim misi, non spe questus,
aut glorie, aut commodi (quemadmodum quidam solent)
sed ut industria nostra tue morem geramus voluntati, qua
quidem nobis amicorum charissimus & suavis es, &
fructus semper. Vale.

AA